









9  
1702  
32

ORDINIS JURIDICI  
IN ACADEMIA WITEBERGENSI  
DECANUS  
GODOFREDUS  
**S**trauß/

ICtus, Potentissimi Regis Polonia-  
rum atque Saxoniae Electoris in Supremo  
Provocationum Judicio, nec non Serenissimi Prin-  
cipis Anhalt. Servest. Consiliarius Aulicus, Faculta-  
tis Juridicae in hac Universitate Ordinarius Decret.  
Prof. Publ. Curiae Electoral. Consistorii  
& Scabinatus Assessor.

Lectoris salutem plurimam dicit.




ORDINIS IURIDICI  
IN ACADEMIA WITTEBERGENSI  
DECANUS  
GODOFRIDUS

1717  
1718  
1719  
1720  
1721  
1722  
1723  
1724  
1725  
1726  
1727  
1728  
1729  
1730  
1731  
1732  
1733  
1734  
1735  
1736  
1737  
1738  
1739  
1740  
1741  
1742  
1743  
1744  
1745  
1746  
1747  
1748  
1749  
1750  
1751  
1752  
1753  
1754  
1755  
1756  
1757  
1758  
1759  
1760  
1761  
1762  
1763  
1764  
1765  
1766  
1767  
1768  
1769  
1770  
1771  
1772  
1773  
1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1780  
1781  
1782  
1783  
1784  
1785  
1786  
1787  
1788  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800







## JESU Iuva!



**A**D summum Electorale Saxo-  
nicum Tribunal Dresdensē paucos  
ante annos sequens casus & quæstio  
agitabatur: Titius in causâ quâdam  
Sempronium Procuratorem conti-  
tuit, factâque Litis Contestatione,  
sententiam intentioni suæ contra-  
riam sortitur idem Titius: Quare i-

pse interponit Leutationem, atque istius Schedulæ  
nec non literis pro Termino prosecutionis impetran-  
do nomen suum sine ullâ commemoratione Mandata-  
rii sui subscribit: utraque etiam & Leuteratio & episto-  
la ista in Summo illo Iudicio offeruntur, Actisque in-  
feruntur. Præfigitur Terminus prosecutionis Partibus,  
in; eodem illæ comparent, & Titii quidem nomine Pro-  
curator ipsius Sempronius Leutationem interpositam  
(uti in foro loquimur) prosequitur; Tum verò forma-  
lia Leutationis, quæ dicunt nostri, in dubium trahe-  
bantur producto in medium Capitulo penult. de Procu-  
ratoribus in 6, ubi inter alia hæc leguntur verba: *Secus si*

):( 2

*simpli-*



simpliciter à te fuerit constitutus (Procurator!) tunc enim, si-  
ve ante litem contestatam sive post ad causam ipsam venias, non  
ut ipsi procuratori assistas, sed ut causam tractes eandem, tra-  
ctando ipsam eum revocare censuris: Quoniam ergo Titius  
causæ principali se immiscendo mandatum Sempronio  
sub initio Processus datum revocasse censebatur, iste in  
actu prosecutionis pro illegitimato habitus Leuteratio-  
nem legitime prosequi non potuit: Quin potius eadem  
sine mandato ad Acta dictata pro deserta æstiman-  
da esse videbatur: quemadmodum etiam causâ exacti-  
us discussâ in Summo illo Electorali Consistorio ita  
pronunciatum fuit: Daß die eingewandte Leuterung de-  
sert und erloschen. Quæ quidem Sententia non destituitur  
ratione, quin potius firmissimâ innicitur. Quem enim  
latet in foro & Judiciis nostris cum primis in passibus  
processualibus Jus Canon. receptum & Juri Civ.  
prævalere? dum vero illud præclaram hâc parte ex-  
hibet sanctionem, quam modo recitavimus, nihil ob-  
stabit, quò minus eam sequamur & desuper sententias  
feramus. Potissima verò ratio istius Capituli in eo  
posita deprehenditur, quod Titius in ingerendo se,  
causæ, eamque tractando, quam alteri commiserat,  
mandatum semel Sempronio datum, tacite censeatur  
revocasse. In aprico enim est, quod revocatio Man-  
dati non solum expressè fiat, sed interdum etiam ta-  
cite: utpote si Mandatarii status ita fuerit mutatus, ut  
verisimile sit, Mandatorem nolle iam amplius negoti-  
um suum per ipsum geri arg. l. 1. ff. Mandati & §. 10. in  
f. J. eod. Lauterb. in Tr. Synopt. P. 3. π. ad d. t. Man-  
dati §. 4. n. 1. ibique citati Auctores. Unde Augusti-  
nus



nus Barbosa in Collectan. ad alleg. Cap. 8. ac penult.  
ita commentatur: *notatur ad hoc, quod Procurator re-  
vocat per Comparitionem principalis, qui Causam reassu-  
mit & tractare incipit.* Boër. Decis. 285. n. 5. Rebuff. in  
praxi benefic. tit. forma vicariatus n. 122. Mascard. de  
probation conclus. 1013. n. 32. Menoch. de præsumt. lib.  
2. præf. 36. n. 5. Steph. Gratian. Discept. forens. Cap. 22.  
n. 12. cum seqq. Pariter Glossa ad d. capita tradit: *Et si feci  
constitutionem Procuratoris simpliciter, & postea in Causa com-  
paream & aliquid in Causa nomine meo exerceam, videor regula-  
riter revocare meum Procuratorem.* Cum vero in eodem  
Cap. post regulam oppidò subjiciantur Exceptiones cre-  
bræ, adhuc in summo isto Appellat. Judicio subori-  
untur altercationes inter Advocatos super isto Cap. A-  
lii enim ad regulam istius Capituli provocant, ac Ex-  
ceptiones dicto cap. adpositas urgent, alii præter has  
alias adhuc confingere satagunt. Cum igitur argumen-  
tum hocce de tacitâ Procuratoris revocatione in Judi-  
ciis nostris subinde ventilari animadverteret Perexi-  
mius atqve Præ Clarissimus Vir Juvenis Gottlieb Ben-  
jamin Fuhrmann/ Jur. Candidatus dignissimus Licenti-  
am summam in utroque Jure honores capeffendi peti-  
turus, ac in foro jam per aliquod temporis spatium  
versatus, pro amœnitate ingenii maximos cepit impe-  
tus thema hocce discutiendi, & integrum Capitulum  
penult. de Procurat. in 6. cum per regulam, tum excep-  
tiones in Disput. inaugurali explicandi ac fusius paulò  
deducendi. Cujus instituto honesto sicut ex ani-  
mo omnia bona dicere ac congratulari habeo: Ira ni-  
hil amplius restat in præsentî, quam ut pro more rece-  
):( 3 pto



pto nonnulla de ortu, virâ actâ, & studiorum progres-  
su ex hoc loco adjiciamus.

Si verò ad incunabula ejus recurramus, editus est  
Noster Dresdæ, in loco maxime illustri, & sede Electro-  
rali ac Principali, fortunatâ nascendi sorte. Pater enim  
ipsum fuit Vir cum viveret, Nobilissimus ac Consultissi-  
mus D. Godofredus Fuhrman, Jctus & causarum Pa-  
tronus quondam Dresdensis celeberrimus: qui cum  
præmatureo fato ipsi nondum quintum ætatis annum,  
egresso eriperetur, omnem educationis curam Matri o-  
primæ Nobilissimæ Matronæ, Evæ Magdalenæ na-  
tæ Wohnin reliquit. Quæ quidem marito defuncto  
istam in se suscepit, ac omni diligentia, industria ac con-  
tentione educationi gnati invigilavit, nihil antiquius ac  
prius habens, quam ut animus humanioribus literis o-  
ptimisque studiis imbueretur, & ipse moribus honestis  
adsvesceret. Mirificè verò sollicita fuit de doctis-  
simis Præceptoribus privatis, quorum informa-  
tione fidei Noster domi à quarto usque ad 13. an-  
num usus fuit: Inter quos præprimis nominare ac  
laudare habet Clarissimum virum M. Laurenti-  
um, nunc Dresdæ veteris Rectorem per celeberrim.,  
cujus institutioni & operæ indefessè multum se debe-  
re cum primis quoad fundamenta Latinæ & Græcæ  
Linguae piè semper confitebitur. Tum verò Vitrico  
optimo & instar Patris colendissimo Dn. D. Sebastiano  
Schubarto, Consiliario quondam Electorali in summo  
Appellationum Judicio placidè defuncto, Freibergam  
se contulit, ibique per annum integrum cum dimidio  
commoratus Clarissimos Viros M. Fritschium Col-  
legam, tum temporis in Ordine tertium, nec non.

M.



M. Liebium, ConRectorem istius loci, nunc Ecclesie Freibergensis Ministrum, inprimis vero Rectorem tum temporis, cujus & hospitio usus fuit, M. Rabnerum sedulo audivit. Nam & cum hoc Rectore Scholae deinceps illustris Electoralis, quae Misniae est, eò loci concessit & per Annum ibidem substitit. Cum verò Patroni consultius ducerent, ut ad Scholam Annabergensem se conferret, secutus eorundem consilium ac auctoritatem Annabergam post Festum Michaelis 1692 profectus Clarissimi Viri M. Johannis Jacobi Stribelii informatione ac hospitio usus fuit, ex eoq; studia humaniorum literarum & Philosophiae principia hausit, ideòque per quatuor annos cum Dimidio illic loci degit. Dignus deinceps visus, qui ad Academica studia pergeret, Lipsiam An. 1696. venit, ibique primo anno Excellentissimum Virum D. Joh. Schmidium, Eloquentiae Ordinarium & SS. Theol. extraordinarium Prof. percelebrem in Logicis Praeceptorem habuit; in reliquis verò Philosophicis disciplinis nec non Historicis & Oratorijs Scholas Consultissimi ac Amplissimi Viri D. Weidlingii & Dn. Lic. Langii secutus fuit. Nec inanis industria Nostri fuit. Anno etenim 1697. Disputationem de Favore necessitatis, proprio Marte conscriptam sub Praesidio ejusdem D. Schmidii publicè defendit. Cum verò Jurisprudentiae se totum addixisset operà & institutione Excellentissimorum ac Consultissimorum Virorum Dn. Andreae Myllii Instit. Prof. Publ. Celeberrimi, nec non Dn. D. Philippi, Facult. Juridic. Assessoris, Dn. D. Barthii ac D. Ticii usus, eosque, (Compendium Lauterbachianum ad ff., Feudale itidem Jus nec



nec non Canonicum privatim explicantes) audivit, Prætereà privatisſimam manuſcriptionem prælaudati Dn. Mylii per aliquot annos præoptavit, multumque ei ſe debere ingenuè confitetur. Tum vero abſoluto ſtudiorum curſu Dreſdam reverſus ſtudia ad forum & Praxin transferre conſultum duxit. Antequam verò inſtitutum iſtud ulterius continuaret Academiam noſtram petiit ſummis in utroque jure honores exantlatiſ rite ſpeciminibus impetraturus. Et cum admiſſionem ad examina reverenter ac modeſte literis exhibitis expeteret, admiſſus ad examina benè ſterit, nec reſtat amplius quicquam, quam ut ſolemne Diſputationem de Themate ſupra memorato, revocatione ſc. Procuratoris, tacitâ, publicâ diſpoſitioni exponat, quod & futuro X. Octobr. me. Præſide bono cum Deo fiet. Cui actui ſolemni ut Magnificus Academiae Pro-Rector, Perilluſtris & Generoſiſſimus liber Baro, nec non Patres Conſcripti, & in univerſum omnes juris-prudentiæ fautores, inprimis Cives noſtri intereſſe, haud graventur, etiam atque etiam oramus, hac rogamus, PP. ſub Sigillo Facult. Jurid. Dominica XVII. poſt Trinit. Feſtum A. M. DCCII.

VITEMBERGAE,  
LITERIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.



Ulrich Henberg, Diss., 1702 S-2-  
1703

ULB Halle

3

003 949 826



f

1702


1703











1702  
32

ORDINIS JURIDICI  
IN ACADEMIA WITEBERGENSI  
DECANUS  
GODOFREDUS  
Strauß/

Jctus, Potentissimi Regis Polonia-  
rum atque Saxoniae Electoris in Supremo  
Provocationum Judicio, nec non Serenissimi Prin-  
cipis Anhalt. Servest. Confiliarius Aulicus, Faculta-  
tis Juridicae in hac Universitate Ordinarius Decret.  
Prof. Publ. Curiae Electoral. Consistorii  
& Scabinatus Assessor.

Lecturis salutem plurimam dicit.